



DECANUS COMMUNITATIS Studii Philosophici & bonarum Artium in Academia Lipsiensi.



Pud Perfas, Plutarcho sic referente in Artoxerxe, nullus regiâ potiebatur cidari, nisi placentam comedisset ex ficibus & terebinthinâ bibissetque mixturam ex lacte & aceto: Quo ipso indigitare voluerunt, neminem mereri axioma aliquod, nisi dulcibus amara, & dura jucundis miscuisset, mixtaque gustasset: Ejusmodi autem *νεαμα* ex lacte & aceto, sive quod unico Græcis *εὐγάλα* dicitur, verè est literarum studium, cujus radices amaras, fructus verò dulces esse dudum constat; Placentam ex ficibus & terebinthinâ itidem artes humaniores benè dixeris: Ficos reddere corpora robusta, & proinde Athletas illis cibo usos fuisse quondam, Plinius auctor est: Artes & scientiæ corroborant animû, *ut sit constans, sine metu, sine aegritudine, qui magnitudine consilii, tolerantia rerû humanarû, contemptione fortuna, virtutibus deniq, omnibus ut mœnibus septus vincit aut expugnari non possit*, quod utrumque dicit latinitatis parens: Terebinthinâ vim leniendi & molliendi calculos tribuunt; Scilicet ingenium, ut Ovidius canit, *placidâ molitur ab arte*, & quod alibi, *didicisse fideliter artes emollit mores, nec sinit esse feros*: Digni itaque & verè digni sunt, quorum tempora honoris cingantur lauro, qui in studiis & artibus liberalibus per vitam operam posuerunt omnem, & dulcia duraque patientiando, *γλυκύπικρον* illud, quod studiis subesse diximus, gustando, sudando & algendo animû sic firmarunt, ut ad perferenda adversa, honesta expetenda ac turpia fugienda occalluerint: Nec rectum constabit aut decor ejus movebit amplius, si virtutis præmia desint, ut nostrum faciamus illud Poeta, sicut nec vitiiis adhiberi potest medicina alia, qua coerceri aut reduci ad frugem petulantes queant, præter pœnarum irrogationem: Hinc Democritus præmia & pœnas imperiorum Deos, neque id injuria, appellat: *Quamdiu enim, existimat ille, benè merentibus statuuntur præmia, & pœna male merentibus, rempubl. firmis stare posse talis: Sunt præmia atque pœnae patrôni & Dii tutelares, quibus si thura decenter incenduntur, tuti sub eorum præsidio delectemur ingruentibus quibuscunque adversitatibus, Sin minus sacra hisce faciamus Diis debita, vel Centuplex murus (cum Plauto iisdem uttor verbis,) servandis rebus parum est*: Hoc qui negare ausus fuerit, hunc abderitana pectora plebis (ut cum poeta loquar) habere oportebit, quando rationum momentis insuper habitis non vider, quantum præmia honestas actiones adjuvent, quantum instigent magis magisque ingenua pectora ad ferium virtutis cultum; quantumque item pœna à vitiiis avocent, ut secundum illud tritum solâ *formidine pœna peccare mali oderint* & in viam revertantur: Inter honorum verò gradus quamvis Philosophici ultimum superciliosis quibusdam videantur tenere locum, ut hos illi vix dignos æstiment, qui sint etiam in numero, suamque purpuram dedecere arbitrentur mitram aut epomidem Philosophicam; Dicere tamen cogimur, rem, si ad iudicii valvas eandem sistimus, sese habere secus, & honores Philosophicos tanti esse faciendos, quanta literarum humaniorum est amplitudo, ut ad quavis superiorum facultatum studia instar radicis & fundamenti se habeant; *Quin B. Lutherus ambigit alicubi, an dignitatem scholasticam an Ecclesiasticam præferre debeat: Si itaque munerum Scholasticorum seu Philosophicorum (sermo enim est B. viro de illorum functionibus, qui artes & linguas in scholis profitentur) tanta est præstantia, non minor titulorum & graduum, quibus ornantur qui studiis ejusmodi singularem & egregiam contulerunt operam, erit præcellentia. Taceo quantum dignitatis Philosophicis titulis conciliaverint nobiles & illustres personæ, quod has in nostra philurea eorum non puduerit: Taceo quanti Principes aliquot Illustrissimi eosdè fecerint, quâdo actibus & ceremoniis Philosophicis ipsimet interfuerint, quod facultatis nostræ monumenta non sine perenni nominis illorum famâ produnt & attestantur. Inter gradus autem honorum Scholasticorum primus est, quem Baccalaureatum vocant, qui, quamvis sit infimus, non tamen ideò est posthabendus aut negligendus, cum transilire hunc non possit, qui ad fastigium dignitatum scholasticarum ascendere satagit. Atque rem hanc rectâ secum reputant viâ, juvenes moribus & ingenio ornatissimi, doctrinâque liberali politissimi, nomine*

THOMAS FRIDERICUS ZOBELIUS, Schnebergâ Misnicus.
JOHANNES GÖRINGIUS, Lipsiensis.
ABRAHAMUS VVALTHER, Cizâ Misnicus.
BERNHARDUS Schmidt/Cygneus.
JOHANNES CHRISTOPHORUS Becker/Dresdenſis.
JOHANNES Deuterich/Ileburgensis.
JOHANNES JACOBI, VVeidâ-Varifcus.

JOHANNES Töpffer/Numburgensis.
HEINRICUS FRICCIUS, Brunſviga-Schöppenſtettenſis.
CHRISTIANUS Köler/Bethaniâ-Sileſius.
JOHANNES Schmiedel/Lipsiensis.
JOHANNES ANDREAS Stattſperger/Auguſtâ-Vindelicus.
CHRISTOPHORUS ERNESTUS Sauerbier/Schleuſingâ Francus.

Qui, cum ad altiora nati sint, naturæ partim instinctu, parentum partim exemplo, eorundem & cognatorum hortatu, præceptorum curâ & disciplina, fautorum svasu & honoris blandimento allecti culmen dignitatum Philosophicarum suo conscendere tempore, summâ, qua licet, ope nituntur, illudque ascensu tandem superare confidunt. Et quando hoc per saltus fieri minimè posse intellexerint, circa imum sibi prius gradum herendum esse duxerunt: Hinc primum in artibus & linguis honorem singulari eaque qua par est modestiâ à Facultate nostrâ Philosophicâ mensè superiore petierunt: Hi non tantum artibus liberalibus & linguis addiscendis hactenus omne tempus dederunt, sed etiam iusto spectati examine probati que qua in moribus probitatem, qua in literis eruditionem, digni habiti sunt ad unum omnes, quibus honor iste, quem ambiunt, conferatur. Cras ergo, Deo clementer volente, in Majore Auditorio Collegii hujus Principum Majoris voti sui fient compotes, horaque VIII. matutinâ lingvarum & Philosophiæ Baccalaurei publicè renunciantur: Ut igitur Magnificus Academiae Rector, Illustres & Generosissimi Comites ceterique Facultatum omnium Doctores, Professores, Licentiat & Magistri renunciationis illum actum suâ præsentia honorificè condecorare, eo que ipso, quanti honores pendant Philosophicos, declarare ne dedignentur, pro eo ac debemus eosdem rogatos volumus: Studiosæ quoque juventutis Coronam nobilissimam florentissimamque amicè cohortamur, ut frequentes ad spectandum audiendumque ea qua dicentur, convenire, actumque auctiorè reddere velint. Erimus in eo toti, ut omnibus & singulis nostra studia, reciprocam benevolentiam & amorem vicissim declaremus. P. p. Die XV. Aprilis A. C. M. DC. LIII.

LIPSIÆ, Exscribat Johannes Bauer,



ГЛАВА ПЕРВАЯ

Всего в книге 10 глав. Первая глава описывает...

Иоаннъ Крестительъ... Иоаннъ Крестительъ...

Иоаннъ Крестительъ... Иоаннъ Крестительъ...

DECANUS COMMUNITATIS Studii Philosophici & bonarum Artium



omeditet ex fi-
ereri axioma ali-
& aceto, five quod
lum constat; Pla-
proinde Athletas
sine egritudine, qui
vini aut expugnari
; Scilicet ingenium,
Digni itaq; & verè
ram posuerunt o-

digni sunt, quorum temporaria honoris insignia sunt, ut ad perferenda aduersa, mem, & dulcia duraq; patiendò, gustando, sudando & algendo animū sic firmarunt, ut ad perferenda aduersa, honesta expetenda ac turpia fugienda occalluerint; Nec rectum constabit aut decor ejus movebit amplius, si virtutis præmia desint, ut nostrum faciamus illud Poetæ, sicut nec virtus adhiberi potest medicina alia, qua coerceri aut reduci ad frugem petulantem queant, præter panarum irrogationem: Hinc Democritus præmia & poenas imperiorum Deos, neque id injuria, appellat: Quamdiu enim, existimat ille, bene merentibus statuatur præmia, & poenæ male merentibus, rempubl. firmis stare posse talis: Sunt præmia atque poenæ patroni & Dii tutelares, quibus si thura decenter incenduntur, tuti sub eorum præsidio delitescimus ingruentibus quibuscumque aduersitatibus, Sin minus sacra hæc faciamus Diis debita, vel Centuplex murus (cum Plauto iisdem utor verbis) seroandis rebus parum est: Hoc qui negare ausus fuerit, hunc abderitanæ pectora plebis (ut cum poeta loquar) habere oportebit, quando rationum momentis in super habitis non vider, quantum præmia honestas actiones adjuvent, quantum infligent magis magisque ingenua pectora ad serium virtutis cultum; quantumque irem poenæ à virtus avocent, ut secundum illud tritum solà *formidine poenæ peccare mali oderint* & in viam revertantur: Inter honorum verò gradus quamvis Philosophici ultimum superciliosis quibusdam videantur tenere locum, ut hos illi vix dignos asserunt, qui sint etiam in numero, suamque purpuram dedecere arbitrentur mitram aut epomidem Philosophicam; Dicere tamen cogimur, rem, si ad judicium cii valvas eandem sistimus, sese habere secus, & honores Philosophicos tanti esse faciendos, quanta literarum humaniorum est amplitudo, ut ad quævis superiorum facultatum studia instar radicis & fundamenti se habeant; Quin B. Lutherus ambigit alicubi, an dignitatem scholasticam an Ecclesiasticam præferre debeat: Si itaque munerum Scholasticorum seu Philosophicorum (sermo enim est B. viro de illorum functionibus, qui artes & linguas in scholis profitentur) tanta est præstantia, non minor titulorum & graduum, quibus ornantur qui studiis ejusmodi singularem & egregiam contulerunt operam, erit præcellentia. Taceo quantum dignitatis Philosophicis titulis conciliaverint nobiles & illustres personæ, quod has in nostra philurea eorum non puduerit: Taceo quanti Principes aliquot Illustrissimi eosdè fecerint, quado actibus & ceremoniis Philosophicis ipsimet interfuerunt, quod facultatis nostræ monumenta non sine perenni nominis illorum famâ product & attestantur. Inter gradus autem honorum Scholasticorum primus est, quem Baccalaureatum vocant, qui, quamvis sit infimus, non tamen ideò est posthabendus aut negligendus, cum transire hunc non possit, qui ad fastigium dignitatum scholasticarum ascendere satagit. Atque rem hanc rectè secum reputarunt via, juvenes moribus & ingenio ornatissimi, doctrinâque liberali politissimi, nomine

THOMAS FRIDERICUS ZOBELIUS, Schnebergâ Misnicus.

JOHANNES GÖRINGIUS, Lipsiensis.

ABRAHAMUS VVALTHER, Cizâ Misnicus.

BERNHARDUS Schmidt/ Cygneus.

JOHANNES CHRISTOPHORUS Wesser/ Dresdensis.

JOHANNES Töpffer/ Numburgensis.

HEINRICUS FRICCIUS, Brunsviga-Schöppenstettensis.

CHRISTIANUS Köster/ Bethaniâ-Silesius.

JOHANNES Schmiedel/ Lipsiensis.

JOHANNES ANDREAS Mattsperger/ Augustâ-Vindelicus.

CHRISTOPHORUS ERNESTUS Cauerbier/ Schleusingâ